Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

pensior modo ne sit ex petendi quid / Sunt enim quibus
homines non re sed nomine / Et si quis est paulo erectior
quinis voluptate capiatur occulter dissimulet appeti
tum voluptatis pp verecundia / Ex quo intelligitur cor
poris voluptate non esse dignum hominis prestantia eam
que contempni et reici oportere / Sin sit quispiam qui
aliquid tribuat voluptati diligenter et tenendum esse
eius fruendi modum / Itaque victus cultusque corporis
ad valitudinem referantur et ad uires non ad voluptatem
Atque etiam si considerare volumus que sit excellentia et dignitas / Intelligemus qui sit turpe diffluere
luxuria ac delicate et molliter vivere quique honestum
parere continent seuere et sobrie / Intelligendum est
etiam duabus quasi nos a natura induti esse personis
Quarum una ratio est eo quod omnes participes sumus rationis prestantieque eius qua antecellimus bestiis a qua tota
omne honestum deducitur traheturque et ex qua ratio inuenendi officii exquiritur / Altera autem que persone singulis
est attributa / Vt enim in corporibus magne dissimilitudines sunt / Alios videmus uelocitate ad cursum / Alios
uiribus ad luctandum valere / Itemque in formis alius
dignitatem in esse alius venustate / Sic in animis ex
istunt etiam maiores varietates / Erat in L crasso in
L philippo multum lepos maior etiam magisque de in
dustria in C Cesare L filio / At eisdem temporibus
in M M Cauco et M drusso adolescente singularis se